

trecentesimo septuagesimo secundo, indictione X, IIII¹ kal. decembr. regnorum nostrorum Bohemie anno XXVII, imperii vero XVIII.

Vgl. Huber n. 4297, von 1366 April 18 — Prag.

5. Sigmund übt das Recht der ersten Bitten zu Gunsten seines lieben Getreuen, des Clerikers Melchior Menten, an der Kirche von Mechlin der Kammericher Diöcese (f. 452'). 1414 November 8 — Aachen.

Sigismundus dei gratia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie Dalmatie Croatie etc. rex venerabili episcopo Cameracensi ac honorabilibus preposito decano totique capitulo ecclesie sancti Romoldi Mechlinensis Cameracensis diocesis ac illi vel illis, ad quem vel ad quos in ipsa ecclesia sancti Romoldi canonicorum receptio vel prebendarum collatio communiter vel divisim pertinet, gratiam regiam et omne bonum.

Honorabiles devoti dilecti; assumpti² divinitus ad culmen Romane regie dignitatis personas [ecclesiasticas] bene meritas libenter promovemus eisque³ gratias nobis a deo collatas benigniter impertimur. Cum igitur nobis tamquam de iure quam antiqua consuetudine dudum approbata a divis Romanorum imperatoribus et regibus diutius observata competat, quod ex nostre⁴ coronationis sollempniis, que nunc in nobis completa sunt, virtute primariarum precum possimus in qualibet ecclesia [tam] cathedrali quam collegiata uni persone idonee providere eamque⁵ inibi recipi facere et admitti, idcirco devotioni vestre pro honorabili Melchiore Menten (f. 452*) clerico dicte Cameracensis diocesis devoto nostro dilecto, quem etiam vite ac morum honestas aliaque quam plurima probitatis et virtutum merita multipliciter commendant, primarias porrigimus preces eandem devotionem vestram hortantes et requirentes attente vobisque nichilominus per hec regalia scripta districte precipiendo mandantes, quatenus mox visis presentibus et intellectis velut ob nostri iuris et consuetudinis predicte⁶ observantiam veram dictarumque precum nostrarum reverentiam singularem prefatum Melchiorem in vestrum et ecclesie vestre canonicum recipiatis et in fratrem, stallum sibi in choro et vocem in capitulo cum plenitudine iuris canonici, prebendam quoque, si qua vacat ad presens vel cum vacaverit, quam per se vel procuratorem suum legitime acceptandam duxerit, absque aliarum litterarum nostrarum expectatione eidem assignantes, faciendo sibi vel dicto procuratori suo de universis fructibus redditibus proventibus iuribus et obventionibus huiusmodi prebende tota-

1) cod.: 'indictione XIII. kl.' 2) cod.: 'assumus'. 3) cod.: 'easque'. 4) cod.: 'mere'. 5) cod.: 'eumque'. 6) cod.: 'predicti'.